

, et consequer-
essentia, nul-
operationum.
dentaliter, quia
vam naturam,

ptive. Ali-
tive, quando est
propriæ quan-
rtes ejus corres-
et quod dicitur
ve solis corpo-

Definitive esse
ita est in uno
o non circum-
corpore meo, ut
re; est igitur
unscriptive, quia
caret.

m. Aliquid
ibi agit quo-
om agendi vir-
andum totalita-
ex est in toto

am. Dicitur
est ibi secun-
physice accep-
ntiam sum in

ntiam. Esse
q illam in cons-
ibus meo, cel-
positae.

INTELLECTUS. Facultas cognoscendi res prout sunt
insensibiles sive immateriales. "Nomen intellectus,
" ait Angelicus, quamdam intimam cognitionem im-
" portat; dicitur enim intelligere, quasi intus legere."
Et res vocabulo consonat; proprium enim intellec-
tus objectum est natura rerum, qua nihil immateria-
lius vel intimius. Dividitur in *possibilem* et *agentem*,
speculativum et *practicum*.

Intellectus possibilis. Intellectus possi-
bilis sive passivus dicitur illa virtus animae, qua ex
potentia ad actum intellectionis progreditur. Dicitur
intellectus, quia ipse actum intelligendi elicit, respon-
detque illi facultati quam recentes intellectum sim-
pliciter nominant. Dicitur *possibilis*, quia mens homi-
nis initio vitae, nullam cognitionem habet, sed sen-
sim transit ex potentia ad actus sibi congruentes,
postquam objecto suo motus fuit et determinatus.
Vocatur etiam *passivus*, sive quia prae se fert capaci-
tatem receptivam, qua recipere potest formas imma-
teriales rerum omnium, sive quia in seipso recipit
actum intellectionis quem elicit.

Intellectus agens. Intellectus agentis
nomine venit virtus qua mens reddit universalem in
actu essentiam materialium rerum, quæ in ipsis in
potentia universalis tantum existit; seu, ut recentes
dicerent, intellectus agens est virtus primitiva abs-
tractionis, qua pollet anima et vi cujus a particulari
abstrahit universale. Vocatur adhuc a S. Thoma *lumen*
intelligibile, quia per ipsum res efficiuntur intelligibi-
les, visibiles scilicet mentis oculo.

Species sensibilis intentionalis.
Nomine *speciei intentionalis sensibilis* intelligebatur a
Scholasticis esse illud objectivum, quod sensibilia
externa (transmutando spiritualiter sive etiam ma-
terialiter sensus) in sensibus causant, et quod deter-
minat ipsos sensus ad percipienda sensibilia objecta.
Dicitur etiam *species sensibilis impressa*.